

CANTICUM CANTICORUM

PROLEGOMENA.

Hebreice liber hic inscribirur סִיר הַשִׁיר scir hazzirim, id est *Canticum cantorum*, sive carmen carnum. Carmina enim suam habent melri harmoniam et quasi concentum, ideoque de voce modulata concini solebant, ut suavius in aures mentesque audiuentium influerent. Unde S. Dionysius, *Eccles. Hierar.* cap. iii, Canticum canicorum vocat dulcia carmina divinorum amorum. Nam, ut ait Eusebius, lib. XII *De Prepar.* cap. xiii, ex Platone lib. VI *De Republ.*, carminibus et cantis suaviter instillandus est pueri Dei et virtutis amor; causam addit, dicens: « Ut igitur puer animus legem sequatur, ut una cum ea gaudet atque coleat, odes perdicant, crebroque cantent, quibus laudes atque vituperationes eorum rerum confineantur, quas lex laudat atque vituperat. Quoniam enim tenuiores anni rationem virtutis non suscipiunt, laude atque canto preparantur. Iure igitur apud nos prophetarum odio addisenunt a pueris. » Hinc et David ignita sua deo et virtute dogmata carmine, puta odia Psalmorum conscripsit, ut subdit Eusebius. Patrem ergo Davidem hic imitatur filius Salomon. Quocirca in Bibliis arabicis titulus hujus libri est: *Carmen carnum, et est laus laudum Salomonis sapienti*, hoc est, cuius proprius auctor est Salomon mortuorum sapientissimus. In Syriacis vero hic est titulus: *Sapientia sapientiarum, ipsius Salomonis liber*, qui vocatur hebreice scir hazzirim, id est hymnus hymnorum, sive *Canticum canticorum*.

Porro Canticum cantorum hebreice idem est quod canticum prestantissimum et suavissimum, sicut Sanctum sanctorum idem est quod templum sanctissimum. Hoc enim canticum longe superat, non tantum omnia cantica et carmina Moysis, Debore, Anne, Ezechiel et Isaiæ, ut explicit Origenes, sed et ipsius Salomonis: ipse enim composit carmina quinque et mille, III Reg. iv, 32. Unde Chaldaeus verit, *deem cantica dicta fuerunt in seculo isto, et Canticum hoc laudabilissimum est omnibus istis.* Primum canticum fuit Adae, secundum Moysis, tertium filiorum Israel, quartum Moysis, quintum Josue, etc.

Addit Eusebius Cesariensis, cuius verba recitat ε hic Cosmas Hortulanus, hoc Canticum dici cantorum, quia canit rem prestantissimam et dulcisimam, eamque velut propheta et vates canendo predicti, nimis Verbi incarnationem, « ac per eam Ecclesie cum ipso desponsationem. » Audi Eusebium: « Sic et Agnum demonstrante Joanne, velut Joannis gratia sunt lex et propheta: sic etiam que in Cantico cantorum significantur, finis sunt omnium que in divina Scriptura significantur; ac siue secundum legem erant Sancta, et post Sancta sanctorum nullus praeterera erat locus: sic et preter Cantico cantorum, nullum habet expectare interiorum aut recentiorum promissionem. »

Eadem pene ad verbum habet S. Athanasius in *Synopsi*, unde ea deprompsit Eusebius. Porro hec Verbi cum carne nostra desponsatio fuit beneficiorum miraculorum et prodigiorum seculorum omnium maximum. Illo enim homo Deo, terra celo, caro Verbo associata est arctissima hypostaticæ unionis vinculo, quo fit ut homo sit Deus, et Deus homo. Adam enim audiens a serpente: « Eritis sicut dii, » appetierat æquivalenter Dei, sed superbe nimis et perperam. Christus ergo, ut humi hominis excellentiae appetitum corrigendo explaret, immense se dimisit et exanimavit: « In similitudinem hominum factus, et habitus inventus ut nomen, » Philip. ii, ut hominem exalaret, ac faceret Deum, « Christus factus est homo, ut homo fieret Deus, » ait S. Augustinus.

Antequam textum agressiar, quatuor ex more primitenda sunt: *primum*, de libri auctoritate et auctore; *secundum*, de operis argumento; *tertium*, de modo et stylo; *quartum*, de ejus participatione et partibus.

CAPUT PRIMUM.

CANTICI AUCTORITAS ET AUCTOR.

Philastrius, lib. *De Heresib.* cap. cxxxii, et Jacobus Christopolitanus, *Praefat.* in *Cant.*, scribunt regiorum judaeos et hereticos nonnullos asserere hoc Can-

tum non esse Scripturam canoniam, nec scriptum esse spiritu Dei, sed cupidinis, eo quod canit amores Salomonis et uxoris eius, puta filie Pharaonis, id est profanum esse et carnale. Unde in eo nunquam nominari Deum. Id sensit olim Theodorus Mopsuestanus, et nunc anabaptista, item Castellion tribuit Baza Praefatione in *Jesu*.

Vero erant, quia inuita sunt in *Canticis*, que non reginam Salomonum uxorem, sed rusticanum pastoris conjugem indicant. Unde illud cap. 1: « Vineam meam non custodivi; » et: « Abi post vestigia gregum tuorum, et paucos hiedos tuos; » et illud cap. v: « Invenerunt me custodes, qui circumuenient civitatem, percurrent me et vulneraverunt me. » Quis enim ausus fuisset regnum vulnerare? Multaque talia passim occurunt.

In Spiritu Sancto, ut ostendat se hoc *Canticum* per sponsam nullam certam feminam significare, nunc eam ut rusticam, nunc ut filium principis inducat, ut *Cant. vii*: « Quam pulchri sunt gressus tui in calcem, filia principis! » Nunc eam sponsam vocat, nunc sororem.

Denique, ut ostendat sponsam hanc esse spirituali, non corporalem, ei dat epitheta, quae corporalem dedecorent, spirituali vero decenter et ornent, ut quod ei caput instar carmelli, nasum instar turris, oculos instar piscine, dentes instar gregum. Vnum detonsarum; denique quod eam dicat totam esse nigram, sicut tabernacula Cedar. Quam certum est sponsam hic non aliam esse posse quam Ecclesiam, et sponsum Christum, ejusque spiritualia nuptiae hic caui.

De fide ergo est hunc librum esse canonicanum Scripturam, spiritu non cupidinis, sed charitatis a Deo dictatum: unde hic liber, tam ab hebreis quam a christians semper habitus fuit canonicus, ut patet ex Concilio Florentino, Tridentino, Carthaginensi III et ceteris, qui catalogum librorum canoniconum texerunt.

Auctor est Salomon; unde hebreica titulus libri est: *Canticum cantorum, quod est Salomonis*, qui occasione nuptiarum cum filia Pharaonis scriptis hoc *Canticum*; quare ad eam grammatica aliudit, ut cum eam vocat filiam principis, et cum at cap. i, 9: « Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te. » Hinc et a Salomone vocatur *Salmatis*, q.d. Salomonia, sive Salomonis uxor; Salomonem enim grammatici sensu hic intelligi patet ex illo cap. ii, vers. 7: « Ex lectulam Salomonis sexaginta fortis ambiant; » et vers. 9: « Ferulam fecit sub rex Salomon de lignis Libani; » et vers. 11: « Egreginimi et vidate, filie Sion, regem Salomonem in diademate, » etc.

Quocirca Honorus Augustodunensis ait sensum litteralem esse de filia Pharaonis, allegoricum de Ecclesia, ubi per sensum litteralem intelligi grammaticum, per allegoricum vero figuratum et metaphoricum, qui tanquam in parabolis est literalis. Abi per sponsam intelligent reginam Saba, quem venit ad Salomonem, ut audiret eius sapientiam,

de qua *Ethiopae* narrant ipsam concepisse ex Salomone filium, qui factus sit rex Abyssinorum: unde eorum rex, puta Preto Joantes, etiam nunc se scribit filium Salomonis. Verum ad litteram genuino sensu, ut patet ex sequenti, per sponsam neutra harum, vel aliarum femininarum, sed ipsa Ecclesiæ intelligitur. Et dictis colligi videatur quod Salomon hoc *Canticum* seriperit non du post nuptias suas cum filia Pharaonis, quando donatus a Deo sapientia celesti, casto et pie Deum colebat. Unde ab eo vocatur est *Idilia*, id est *anachorita domino*, II Regum xi, 25; licet Delio, Hortulanus, Bacchiarius et alii ac librum scriptum velut a Salomone post lapsum, eumque ut signum penitentie ipsius assignat; sed ante lapsum scriptum esse docent Guidacerius, Almonarius, Soto Major, Dionysius Carthusianus, Gislerius, Salmeron et Bellarpinus, lib. I *De Verbo Dei*, cap. v, et alii.

Porro Septuaginta Completiones et Regii homines ^{Cor. 3. 1} dabo dant titulum: *Canticum cantorum, quod est Salomonis*, in dative, scilicet vero Salomonis, puta ^{vers. 1} Christi Dominio dedicatum, ait Christopolitanus, ^{vers. 2} etiam ^{vers. 3} Salomon, in dativo, scilicet vero Salomonis, puta ^{vers. 4} Christi Domingo dedicatum, ait Christopolitanus, ^{vers. 5} etiam ^{vers. 6} Salomon, id est pacifico et a passionibus vacuo congruit; hic enim omnes affectus, totumque amorem transluti in Deum, ait Philo Carpatherius. Vaticani habent: *Canticum cantorum, quod est Salomonis*, id est Salomonis; videtur enim Septuaginta et Salomon ponere ut indeclinabile, quod proinde eujusvis potest esse easus. Unde origenes: « *Tz Salomon*, inquit, vel *Salomonis*, ostendit hoc opus tantum esse Salomonis » Hebrei enim, ut Graeci, sepe dative ultiorum pro genitive, presertim cum rem aliqui propriam esse significant; unde dicunt: *Villa*, que est mili, id est que est mea; *liber*, qui est illi, id est qui est illius: sic in titulis Psalmorum, pro *Psalmus Davidis Septuaginta vertuti Tz. A. 2. 2*, id est *Davidis*, in dative, quia Davidi inspirati et dictati sunt Psalmi a Deo, eaque ac *Canticum Salomonis*. Hinc et arabica hic liber inscribuntur: *Carmen carminum*, sive *laudum Salomonis sapienti*, hoc est, cuius unus auctor est Salomon; Arabes enim dative personae utuntur, cum significant rem aliqui esse propriam et peculiarem.

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Salomon in *Proverbio* fideles quoslibet docet legem Dei et communia virtutis dogmata. In *Ecclesiaste* eidem mundi vita quoque vanitatem demonstrat. In *Canticis* vanitate avulsum, votos ad veritatem, Deique amorem traducere satagit. In *Proverbio* ergo instruit incipientes, in *Ecclesiaste* proficiens, in *Cantico* perfectos. Unde S. Hieronymus in *Prologo galeato* (qui quasi galea Biblio's praefigitur, trium librorum Salomonis, puta Proverbiorum, Ecclesiaste, et *Cantici* cantorum) hoc dat argumentum: « Salomon pacificus et amabilis

Domino morte corrigit in *Proverbio*; naturam docet in *Ecclesiaste*; Ecclesiam jungit et Christum in *Canticis*, saepe tamenque nuptiarum dulce cantum epithalamium. *Epithalamium* est carmen super thalamum, ait Cassiodorus, Beda et Haymo. Prior id scriptis Origenes, et post eum S. Gregorius Nyssenus et tres Patres anonymi apud Theodoretum. Quocirca Anselmus: « Salomon, ait, in *Proverbio* est ethicus, quia tractat de moribus; in *Ecclesiaste* physicus, quia agit de natura; in *Canticis* theologus, quia divinis incumbit. » Vide dicta in *Proverbio* Ecclesiaste et *Canticum*; nimis prudenter velut a Salomone post lapsum, eumque ut signum penitentie ipsius assignat; sed ante lapsum scriptum esse docent Guidacerius, Almonarius, Soto Major, Dionysius Carthusianus, Gislerius, Salmeron et Bellarpinus, lib. I *De Verbo Dei*, cap. v, et alii.

Prima ^{vers. 1} *types*
secunda ^{vers. 2} *Verbi est*
tertia ^{vers. 3} *humanitas*
quarta ^{vers. 4} *humana*
quinta ^{vers. 5} *assumptio*
et optima
laudum
Gloria
Ecclesiaste
vers. 6

Ubi nota, Christus in incarnatione quasi duplex init comunitum: *primum* physicum cum humanitate sua, quam physicæ et realiter sibi unitum; *secundum* ethicum cum Ecclesia, totaque natura humana, quam sibi per humanitatem a se assumptum conjunxit; posterior sequitur ex primo. Quia enim Christus humanitatem suam sibi copulavit, et quasi despondit, hinc in ea et per eam totam pariter naturam humanam et Ecclesiam sibi despondit. Ideo enim humanitatem assumpsit, ut per eam omnes homines et fideles quasi membra sibi copularet et adstringeret, utque eorum essa caput et princeps; caput, inquam, homogeneum, ejusdem cum hominibus generis et naturæ. In priori coniuge sponsus est Christus, sponsa est humanitas a Christo assumpta, eai proinde primo et proprio adaptari possunt quasi omnia que in *Canticis* de sponsa dicuntur; in posteriori sponsus est Christus, sponsa est Ecclesia: posterior prior est finis et terminus: finis enim incarnationis Verbi ex Dei dignatione fuit institutio et sanctificatio Ecclesie: quare in institutione Ecclesie incoladitur et presupponitur Verbi incarnationis, velut in fine medium, et quasi in effigie causa. Quapropter sensu primo, quem de Christi

sto et Ecclesia singulis versiculis assignabolo, intelligendum lectori relinquendo, eundem Christo et humanitatibz ab eo assumptæ, mutato nomine, esse adaptandum, ut subinde suis l. viii, disertis verbis declarato, presertim cap. 1. vers. 1. Porro prius conjugium longe nobilius est secundo; hinc et prior sponsa longe nobilior est posterior. Humanitas enim Christi longe dignior, pulchrior et sanctior est tota Ecclesia, quia omni virtute, gratia et gloria longe excellit omnes homines et angelos etiam conjunctos et simili sumptus; quia ipsa hypostasis unita est Verbo, ac per se primo Deum attingit, ab eoque omnes doles, virtutes et gratias haerit, que Verbum docent, et quas humanitatem Verbo hypostatis unitam habere par est et congruum. Quocirca quæcumque hic dieuntur tam primo sensu de sponsa Ecclesia, quam secundo de sponsa anima, ac tertio de sponsa Deipara, præ omnibus attribue humanitatem Christi: ipsa enim ut est caput Ecclesia, ita est et caput omnium animalium sanctorum, ipsiusque Deiparæ; quamobrem ipsa prima est sponsa Verbi, que animas sanctas ac Deiparam sponsas offici, Deoque despondet. Hac de causa humanitas Christi sponsa prima est, si cum Verbo quasi sponsa comparetur; sin autem cum Ecclesia, anima sancta et Deipara conferatur, jam ipsa non tam sponsa est quam sponsus. Christus enim non tantum quia Deus, sed et quia homo Ecclesiam, animas et Deiparam sibi ut sponso despondet, ut docet Apostolus *Ephes. iv, 30*, et *II Corin. xi, 2*: « Despondit, inquit, vos mihi virgo virginem castam exhibere Christo. » Ita docent Cassiodorus, Origenes, Theodoreus, Beda, Nyssenus, Philo Carpatherius, Apollonius, Rupertus, S. Bernardus, et alii passim in hoc libro, sed presertim cap. vi, 8, ad illa: « Una est columba mea, perfecta mea, » etc.

Prima ergo Christi sponsa est ejus sacratissima humanitas, secunda est Ecclesia, tertia est Deipara, quarta est anima sancta. Causam dat hoc loquens Theodoreus, dum ait: « Hoc est bonorum caput, divinae benignitatis summa, ineffabilis bonitas, incredibilis misericordia, immensa elemosia, inmemorabilis charitas, quod auctor ipse, et effectus, et procreator, et Dominus, et Deus, et princeps, atque idem semper lateat hoc animal mortale et corruptibile, et ingratis, atque iniustis, a morte et servitu diabolica eripitur, atque ita libertatem largitus sit, ut non solum nos liberos constituerit, sed in filios adoptarit; neque solum tribuerit adoptionis munus, verum etiam sponsam et vocavit et fecerit, eodemque numero sponsam habuerit, atque immemorabili dona sponsalia dederit, et cibile, et thalamum adorabit, et nudam induerit, et denique factus ipse sit sponsus et amicus, et pater, et pater, et via, et ostium, et vita, et lux, et resurrectio. »

Porro, quia singuli fideles et maxime justi sunt membra Christi et Ecclesie, hinc de illis singulis

Canticum accipi potest in sensu non tam mystico quam literali, sed inadequato et partiali. Unde anima justi ad litteram Canticum explicat S. Justus Orlitanius, Joannes a Jesu Maria camelitanus et alii, immo Bellarminus censet hoc epithalamium non tam esse Christi et Ecclesie, quam Christi et animae sancte, presertim eminentis et perfecte: haec enim habet sodales quae crebro hic inducuntur, cum Ecclesia non habeat sodales, sed subditas et filias.

Rursum, hoc Canticum apte congruit Christo et Beate Virginem, tum quia ipsa inter justos eminet, sicut luna inter stellas; tum quia Verbi incarnatio, et per consequens deponit Ecclesie in ipsa et per ipsam perfecta est; tum quia caro Christi assumpta a Verbo fuit caro B. Virginis, quare, cum carnem sibi despondit Christus, quasi B. Virginem sibi despondit. Unde da B. Virgine totum hoc Canticum explicant Ruperthus, Guielminus, Rarvus, Honorus Augustodunensis, Hailgrinus, Cardinale Alanus, Insulanus Placidus, Nigidius, et Joannes Pies Carthusianus.

Jam vero per Ecclesiam cum Theodoreto, Apollonio, Beda et aliis hic accipe certe— fidelium erendum in Christum, tum ex Gentibus, tum ex Hebreis congregatorum, quocepit ab Abel et Adam, propagata est per Abraham, formata per Moysen, ac perfecta est per Christum. Omnes enim veteres patriarchae et sancti, qui in lege tam nature quam Moseia Deo sancte servierunt, crediderunt in Christum venturum, ac per hanc fidem justificati et salvati sunt: quare pertinent ad Ecclesiam Christi, ut ubi ostendit ex S. Augustino, Hinc patet perperam nonnullos Canticum hoc arctare ad christianos natos post Christum; alias ad Iudeos natos ante Christum, ut Chaldeus, R. Salomon et Aben-Ezra illud arctari ad Synagogam, quasi hic describatur desponsatio Synagoge cum Christo, quo facta est per Moysen; sed ex via venia danda, quia, cum sint Iudei, iudaizant.

Igitur hoc Canticum recensentur amores, gratiae et beneficia a Deo per Christum in Ecclesia collata, a primo justo Abel non tantum usque ad Christi resurrectionem, ut volunt Cassiodorus, Angelonus, Beda, Hailgrinus, Alcuinus et D. Thomas, sed usque ad finem mundi, quando Ecclesia triumphans Christo in celesti gloria copulabitur, beatibatur et regnabit in omnem aeternitatem. Ita Theodoretus, Aponius et alii.

Totus ergo hic liber spirat amores divinos, adeo ut amor ipse hic loqui videatur, nimurum in Salomonem Deus, et Spiritus Sanctus. qui vera est charitas, loquitur. Unde S. Augustinus in *Speculo* assertit, Canticu non esse aliud quam carmen amoris et jubilum charitatis: « Sed de illo (Cantico), inquit, in hoc opus quia transference possimus, cum totum amor: sanctos Christi et Ecclesie figurata locutione commendet, et prophetica pronuntiet altitudine: nisi quod in eo, quamvis

sit ad intelligendum difficultissimum; possumus tamen facile advertere quantum sit divina illa et divinitus infinita charitas appetenda, quantique pendenda, quandoquidem ibi non semel dicitur, sed alio atque allo loco, iterum ad tertio repetitur: Adjuro vos, filie Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciat dilectam, donec ipsa velit. Adjuro vesci, filie Jerusalem, in virtutibus et viribus agri, si levaveritis charitatem quadamque velit. Ecclesia quippe, in qua utique sumus, his verbis exhortatur filias suas, hoc est, seipsam in plurimis constitutam. Ipsa est ager Dei fructuosis, cuius virtutes et vires magne sunt, ad quas amando Christum martyres perseverant. Quocire Hebrei nulli Canticum hoc legere permittabant ante annum atatis trigesimum, quem era sacerdotalis, testa Origene hic, et S. Illeonymo, *Prefat. in Ezech.* Sobrium et temperantem eius lectorem requirit Origenes, hom. 1 e duabus, cuius jam passiones defluerunt, avulsiva cogitatio et amor a terrenis desideris, celestibus cupidini adhaerescit. Nyssenus, hom. 1, eos qui lumbos impatibilitate quadam saccinjerint, et veterem concepcionis hominem exutu, novum innocentem induerint. Bestiales enim (ad Richardus Victorinus in *Prefat.*) nobis affectus exundunt sunt, ne ad sacram hunc montem accidentes bestiae, lapidum grandine obviantur, aut ecclesiis incidente absumentur. Maxime vero liber hic scriptorem, sequacae ac lectorum requirit charitate ferventem, et amore Dei incensum. Quis enim frigidus, vel tepidus, haec amorum incendia sentiat, vel capit? Vero Origenes, hom. 1: « Beatus, inquit, qui ingreditur Sancta Beatrix, qui ingreditur Sancta sanctorum, etc. Beatus, qui intelligit cantica, et canit ea, sed multo beator ille qui canit Canticum canticorum. » Addit Gerson, *Præfatione in Canticum:* « Amor, inquit, expositus in Canticis fructu Dei, vel osculatio oris nominatur aptissime, non solum habitualis et tepida, sed actualis, fervens et exstincta, et præcipue seraphica, cuius est immediate ferri in Deum, quamvis ex parte anime concurrat multitudo habituum et influentiarum. Omne præterea datum optimum, et nonum perfectum descendens a Patre luminum, etc. Quia omnia tanquam virtus univoca (tradidit Dionysio) replent et restituunt animam, eamque convertunt ad congregantis Patris unitatem, et Deificam simplicitatem, ubi tunc apex, vel seraphimenti ineffabilis et ignoto Deo ineffabiliter et ignote conjungitur, ignote quidem, quia indefinite et immensum, cum virtus cognoscens et actus, prout et natura, sint finiti. » Hinc Plato, qui a Moyse et Salomone multa haust, ideoque ab Eusebio et aliis vocatur « Moyses atticus, » addit et Salomon atticus, » Canticum haec videtur imitatus in convivio. quod totum est de amore, ubi sic orditur: « Magnus Deus est amor, et apud deos ethomines mirabilis, » additum ex Hesiodo: « Post Chacs haec duo

existuisse, tellurem et amorem, » citatque illud Parmenidis :

Ante deos omnes primum concepi amorem.

CAPUT TERTIUM.

MODUS ET STYLUS.

Origenes, S. Gregorius Nazianzenus et alteri Canticum hoc asserunt esse drama sponsale, sive nuptiale Carmen. Unde S. Basilius in illud *Isaie v. 1: Cantabo dilectio meo Canticum dilecti mei*, ait: « Canticum canticorum nuptiale est Carmen dramatico operæ perfectum. » Drama est rei representatio, actus comediarum, sive tragœdiarum fabula. Totus enim liber continua est metaphoræ, sive allegoria conscripta styllo comicò et bucolico, quem post Salomonem secutus est Theocritus in *Ibyllis*, et Virgilii in *Bucolicis*. Inducitur enim hic velut in drame sposa, ut virgo pacens oves, que pastoris sua sororis despontata, eum casto amore amat, cum eoque per modum dialogi colloquitor, ut fieri solet in commedia et tragedia. Pastor autem persona hic pre aliis assumitur, tum quia pastorum opus et vita est antiquissima, simplicissima et innocentissima. Unde Abel, Abraham, Isaac, Jacob, Moyses fuerit pastores ovium, aquæ ac Rache, catæcere uxores eorum, immo olim reges et principes erant pastores et agricultori, uti fuit Job, Romulus, Reimus, Camillus, priscus Romani; tum quia pastores representant Christum, qui rure, puta in praesepio bethlehemitico inter pastores natus, primo pastores gregum per angulum ad se evocavit. Denique Christus est pastor pastorum. Unde ipse de se ait: « Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam ponit pro ovibus suis, » Joan. x. Quocirca ipse impense amat pastores bonos, qui subditos paucent oratione, verbo et exemplo; hi enim non sibi soli, sed et aliis plurimis prosunt, ac proxime imitantur viam Christi, aliquo atque docendo et charitate ascendendo, eam in seipsis magis accidunt, sicut ignis ignem accendens, se ipsum magis accedit. Unde Christus ad Petrum: « Per te, inquit, amas me? etc., pasce oves meas, » Joan. xxii. Totus ergo hic liber est propheticus, adeoque non est aliud quam continua prophétia de Christo et Ecclesia, ideoque obscura, enigmatica et symbolica.

Dicitur: Confiteor, ut est propositum, in deo, in sanctis, in sanctis, in misericordia, in misericordia.

Hinc sequitur, sicut in parabolis, metaphoris et allegoriis, sic et in hoc Canticu duplice quantum est sensum literalem: unum grammaticalem, quem præ se fert ipse cortex, ipsaque superficies littera, puta verba; alterum realēm et profundū, qui est de rebus per verba metaphorice significatis, ut cum ait S. Joannes, Apoc. v: « Viril leo de tribu Juda. » Leo grammaticum significat animal robustum et invictum quod dicitur leo; Realiter vero significat Christum, cuius fortitudinem representat leo. Ibi duo sensus se habent,

et se mutuo respiciunt, sibique subordinantur, uti verborum sonus et sensus, uti cortex et nucleus, uti umbra et corpus, uti superficies et medulla, uti corpus et anima, uti vestis et homo, unde a nonnullis hisce nominibus vocantur. Vide Canonem quintum, quem preficit iste. Sic illi Canonicus hoc, sponsa grammaticæ describitur uirgo pastoralis, sponsus uir pastor; sed realiter per illos intelligitur Ecclesia et Christus: Ecclesia sunt fides, qui Christo velit sponsus per fidem et dilectionem copulantur, sponsi sodales sunt apostoli, viri perfecti, presertim quibus animas Christo lucrantur et despondent, quais erat S. Paulus dicens: « Despudi vos uni viro virginem castam exhibere Christo, » II Cor. xi. Sponsæ spouse sunt animæ in fide, virtute et amore imperfectæ, adeo ut necdum sponsus Christi appeti possint, sed sociæ sponge dimittat, quasi preparantes se et viam virtutis inchoantes, ut ad nuptias Christi sensum provehantur. Si Abundans docebat consipit Paradoxorum emblemata, sive enigmata quinque, scilicet: *primum*, « Vas mirabile; » *secundum*, « Leo mansuetus; » *tertium*, « Agnus inseparabilis; » *quartum*, « Serpens innoxius; » *quintum*, « Aquila coelestis, » quorum primum de B. Virginie, cetera quatuor de Christo et eruditus explicat.

Porro Salomon in hoc Canticu imitatur Davidem qui, Psal. XLIV et XLVI, simile drama et epithalamium sponsi et sponsæ, id est Christi et Ecclesie conscripsit; uteque ergo fiti sacer vates et poeta. Olim enim poetæ vocabatur, qui carmina non quilibet, sed comicæ, tragicæ, dramaticæ fingebat et componebant; a *poeta* enim, id est *facio, fingo*, dicitur *poetæ*, id est *factor, factor*, effector; unde illud Horatii, *De Art. II:*

Pictoribus atque poetis,
Quidlibet autem semper fuit aqua potestas, etc.
Ut pictura poesis est, que, si propriis stes,
Te capiat magis, et quedam, si longius abest.

Et Cicero, *De optimo genere oral.*: « Tragicum, comicum, epicum, melieum, et dithyrambicum poemæ. » Idem, lib. III *De Orat.*: « C'aris coloribus picta poetis. » Et *Tuscul. IV*: « *Anacreontis* quidem poesis tota est amatioria. »

CAPUT QUARTUM.

PARTITIO ET PARTES.

Beda Canticum partitur in quadraginta sectiones, sive capitula; D. Thomas dividit in tres statuti Synagoge, puta Israelis sive Iudeorum, primo credentis Christo in apostolis et primis christianis, qui fuere judei, a cap. I usque ad cap. m, 70; inde autem incipere agi de Iudeis executis et persequentibus christianos, usque ad cap. vi, vers. 10; ita usque ad finem libri agi de Iudeis credituris Christo in fine mundi. Riehman-

mus alterius capitibus alterne censem loqui sponsum ad sponsam.

Noster Delrio in tres partes dividit, ut *prima* agatur de fidelibus incipientibus, *secunda* de proficiensibus, *tertia* de perfectis. Alii censem hanc describi fideles vita activa, contemplativa et mixta, ad denuo coelestia.

Georgius Ed. in sua Biblio. (*Economia*, Canticum hoc in decem dramata dividit, quo omnia non Ecclesia, sed Synagoge Mosis et Iudeorum attribuit.)

Gasper Sanchez opinatur perturbatum fuisse ordinem; caput enim quintum preponendum esse primo, eo quod sponsa non nisi a sposo evocata causa dicitur queat: « Osculet me osculo ori sui, » evocari autem eam cap. v. Igitur Canticum hoc censem priscos nupliarum ritus depingi, ac proinde illud velut drama nupiale in quinque scena partitur. *Prima* scena, sponsus, cap. v, sponsam invitat, ambet et evocat. *Seconda*, sponsa evocata sollicito querit sponsum, cap. vi et cap. i, dicens: « Osculet me osculo ori sui. » *Tertia*, nuplia celebrantur, cap. ii, sub geniali thalamo de quo ait: « Sub umbra illius. » *Quarta*, sponsa, cap. iii, in feruolo, id est mobili et geniali lecto componit, movente pompa curruumque nupiale in sponsi domum. *Quinta* scena, que est cap. viii, sponsam sisit ad sponsi foris, ibique sancto amoris complexo matrimonium solemniter contrahitur. Verum in hac distributione magna est caput trajectio ordinis perturbatio et confusio.

Plinius et germanius cum aliis Canticum dividunt in quinque partes, que sunt: *prima*, nuptiae Christi cum humanitate per incarnationem, indecum Ecclesia hominum fidelium per fidem et charitatem, puta infans Ecclesia: hanc perfacta ab initio cap. i, usque ad vers. 8 cap. ii: « Ecce iste ventus saliens in montibus; » *seconda*, Ecclesia propagatio et incrementa: hanc pertractat a vers. 8 cap. ii, usque ad cap. vi, vers. 6: « Quia est ista, que ascendit; » *tertia*, Ecclesia plenitudo, ejusque quasi in culmine posse summa exaltatio et perfectio: hanc describit a cap. iii, vers. 6, usque ad cap. iv, vers. 2: « Ego dormio, et cor meum vigilat; » *quarta*, Ecclesia veterascentis in senium inclinatio: hanc representat cap. v, vers. 2, usque ad cap. vi, vers. 3: « Pulchra es, amica mea; » *quinta*, Ecclesia renovatio, et ad summum perfectionem restitutio, ejusque in enīs glorificatio: hanc oculis subiecta cap. vi, vers. 3, usque ad finem libri.

Infans Ecclesia fuit ab ortu et predicatione Christi usque ad Pentecosten; adolescentia a Pentecoste usque ad Constantium imperatorem; virilis aetas tempore Constantini; senium postea copit, grossatibus arianis, nestorianis, eutychianis, pelagianis. Renovatio fieri coepit est a Basilio, Chrysostomo, Cirillo, Augustino, Ambrosio, Hieronymo Continuatur ab eorum suc-

censibus continue usque ad finem mundi, qui Ecclesia fidem et sanctitatem contra hereticos, Iudeos, Turcas, schismaticos, tyrannos et quolibet persecutores sartum tectum tuerit, quem propugnabunt usque ad finem mundi quando in die iudicii fiet plena Ecclesia renovatio, consummatio et glorificatio.

Has quinque Ecclesia estates et status dramaticus representant, sive actus, quasi in scena representant hic Canticorum liber.

In primo drame inducit Salomon in Libano primo, eoque amoenissimo et fertilissimo obambulans, vel venatione indulgens, incidisse in puelam nobilem, sed more etatis illius pastori, quam ob formam insignem tum corporis, tum animi, ut sponsam sibi despondit; unde nova nuptia ad tanti regis nuphas et thalamum aspirans: « Osculetur, inquit, mi osculo ori sui; oleum effusum nomen tuum; » mox queritur se sole fuscatum, quod a fratribus coacti est custodem agere in vineis; solatur, animaque eam sponsus Salomon, pollicens ei equitatum Pharaonis, inde ei quasi novae sponsa promittit murenuulas et monilia; hinc illa ut sponsam sibi esse quasi fasciolum myrrae et botrum cypri, narratur se ab eo introductam in cellam vimariam, ubi amoris vino, quasi ebria indormiens, et quasi deliquit passa petit fulciri floribus et stupri malis, ac sponsus eam excitari prohibet, que omnia sunt sponsae tenore et novellae, ab infantum Ecclesia representant. Ecclesia enim representans, nascente Christo, petit ejus osculum, id est unione et amplectum per Verbi incarnationem, in qua ipse fuit quasi oleum salutis, in circumscriptio et passione effusum, ideoque Jesus, id est Salvador, est appellatus; mox ipsa persecucionem passa a Iudeis fratribus suis equitatu, id est apostolorum armis et praesidio a Christo fuit obarmata, ab eoque murenulas legum et consiliorum Evangelicorum, ac fasciolum myrrae, id est Christi passionem, et botrum cypri, id est ejusdem resurrectionem, et cellam vimariam, id est institutionem Eucharistie in ultima ejus cena accepti, ejus quasi deliquit passa, floribus sacra Scriptura et malis bonorum exemplorum stipari se optat, in que suavitatem indormiens a Christo excitari vetator. Factum id, cum discipuli ab Ascensione Christi usque ad Pentecosten, in conclave reclusi toti vacabant orationi, Eucharistie, et ieiuniorum contemplatione, nec Judei a Christo permissti sunt a cap. vi, vers. 3, usque ad finem libri.

Secondum drama, quod incepit cap. ii, vers. 6, sponsa a sposo, insente vere, evocatur in agros et vineas, ut flumen grossis, et vineis florentibus uterque passetur; mox jubet capi vulpeculas, que vineas demolientur; subducit se sponsus, sponsa eum ansie requirit in lectu, et mox a vigilibus, sed frustra; quare, iis relictis, circumiens vicos et plateas tandem ipsum invenit, nec di-

mittit, donec introducat eum in domum matris suae.

Hac omnia representant adolescentiam Ecclesie, qua capitulo in Pentecoste, quando apostoli recepto Spiritu Sancto, cooperant predicare Evangelium, primo Iudeis, deinde gentibus, ac ubique fundare Ecclesias; unde tunc facit, quasi per Evangelii. Vulpes fuere primi heresiarche, scilicet Simon Magus, Ebion, Menander, Basilius, Carpocratus, etc., qui Ecclesiam vastaverunt, quibus restituta S. Joannes enterpice apostoli. Ecclesia quasi vestitum Christum in lectu, id est in Iudeis, ubi quiete vacat Deo, et a vigilibus, id est a sacerdotibus et scribis, predicante Iudeis Evangelium, et Messiam in eis natum ab eis requiringens a custodibus, id est a principibus et praefatis hereticis, quales fueru Valens, Huercius, Dioscorus, Nestorius, Iesu et laetata facta, ac pallio integræ fidei spoliata; quare ejus sociæ, i.e. sanctorum angelorum et hominum anime, ut Christum querant, et ab Occidente in Orientem reducant, querunt a sponsa, scilicet ab Ecclesia orientali, qualis sit Christus: quibus illa respondet eum esse candidum et rubicum, capite aureo, comis nigris, genis aromaticis, labi liliatis, manibus hyacinthinis, venstre eburneo, cruribus marmoreis.

Hoc omnia notant declinationem et senium Ecclesie, cum videlicet per pacem ipsi factum a Constantino, nonnulli ejus presules et fideles deruderunt se otio, gula, d. sidiae; qua occasione ariani, aliique heretici, suis heresisibus et blasphemis in Oriente impetrare Christi deitatem, vel humanitatem. Quare Christus fidem suam ex Oriente translati in Occidentem. Unde Ecclesia orientalis Christum Christique veram fidem requires a custodibus, id est a principibus et praefatis hereticis, quales fueru Valens, Huercius, Dioscorus, Nestorius, Iesu et laetata facta, ac pallio integræ fidei spoliata; quare ejus sociæ, i.e. sanctorum angelorum et hominum anime, ut Christum querant, et ab Occidente in Orientem reducant, querunt a sponsa, scilicet ab Ecclesia orientali, qualis sit Christus: quibus illa respondet eum esse candidum per innocentiam, rubicum per passionem et patientiam; caput ejus esse aureum per divinitatem, capillos, id est consilia ejus esse nigra, id est fortia, virilia et charitate quasi tosta; gemas binas habere aromaticas, id est per misericordiam et justitiam spiritum omnem sanctitatem; labia liliata, hoc est eloqua castissima; manus hyacinthinas, id est operationes erexit, et tornatiles, versatilesque ad osme bonum; ventrem eburneum, id est passiones et affectiones purissimas et fortissimas; crura marmorea, id est in itinere validissima, quibus per se et Apostolos totum orbem evangelizando obueni illam subiicit.

Tertium drama incepit cap. iii, vers. 6, ubi dicitur sponsa ascendero per desertum, sicut virgula fum ex omnibus aromaticis suavenitatem et exalhantib; rursum sponsi lectulum ambo sexaginta fortissimos ex Israel. Feculum item, sive gestamen aurcum ejusdem descripsit, ac diadema, quo coronatur. Denique sponsa forma celebratur ab oculis columbinis, capillis hedonitis, dentibus ovinis, labia coenitis, collo turrito, umeribus capreis, etc., per que voculis montibus Libani, Amara, Sanir et Hermon allicit, evocata in Sion, quasi in horum conclusum, et paradiisum nardo, cypro, croco, omnique fructu aromatico abundantem.

Hec omnia abundanter virilem etatem Ecclesie, quando ex fave omnigenium velut virginis fumi crevit et ascendit altissime. Lectulus sponsi, id est Christi, est Ecclesia Romana, in qua quasi in lectulo firme et jucunda conquiescit. Feculum est magnificatissima. Ecclesia Romana, magnificatissima Christi et quintuplicis ejus diademata representans. Oculi columbini notant fratres Ecclesie vigilis et sollicitos, capilli Nazareos, sive religiosos, dentes Doctores, labia Prodicatores, collum Pontifices Romanos, oboea societatis et diaconos. Illi populus Gentium evocatus de Libano, Amara, Sanir et Hermon, qui erant montes Gentium, hoc est, evocant eos a gentilium, ut lenient in Sion, puta ab Ecclesiis Christi, ubi omnium aromatum, id est virtutum spiritualium genera germinant, et suavissimum sanctissimum florere exhalant. Id factum est sub Constantino Imperatore.

Quartum drama incepit cap. v, vers. 2, ubi sponsa dormiens, sponso nocturno ore madido osium pulsatur, cum ei tardaret aperire, luit hanc tarditatem; nam cum abuentem deinde requirens, a custodibus urbis vulneratum et pallio spoliatur. Mox ejus sociæ sponsum quiescere proponit ab ea, quis et qualis sit sponsus? quibus illa

respondet esse candidum et rubicum, capite aureo, comis nigris, genis aromaticis, labi liliatis, manibus hyacinthinis, venstre eburneo, cruribus marmoreis.

Hoc omnia notant declinationem et senium Ecclesie, cum videlicet per pacem ipsi factum a Constantino, nonnulli ejus presules et fideles deruderunt se otio, gula, d. sidiae; qua occasione ariani, aliique heretici, suis heresisibus et blasphemis in Oriente impetrare Christi deitatem, vel humanitatem. Quare Christus fidem suam ex Oriente translati in Occidentem. Unde Ecclesia orientalis Christum Christique veram fidem requires a custodibus, id est a principibus et praefatis hereticis, quales fueru Valens, Huercius, Dioscorus, Nestorius, Iesu et laetata facta, ac pallio integræ fidei spoliata; quare ejus sociæ, i.e. sanctorum angelorum et hominum anime, ut Christum querant, et ab Occidente in Orientem reducant, querunt a sponsa, scilicet ab Ecclesia orientali, qualis sit Christus: quibus illa respondet eum esse candidum per innocentiam, rubicum per passionem et patientiam; caput ejus esse aureum per divinitatem, capillos, id est consilia ejus esse nigra, id est fortia, virilia et charitate quasi tosta; gemas binas habere aromaticas, id est per misericordiam et justitiam spiritum omnem sanctitatem; labia liliata, hoc est eloqua castissima; manus hyacinthinas, id est operationes erexit, et tornatiles, versatilesque ad osme bonum; ventrem eburneum, id est passiones et affectiones purissimas et fortissimas; crura marmorea, id est in itinere validissima, quibus per se et Apostolos totum orbem evangelizando obueni illam subiicit.

Quintum drama incepit cap. vi, vers. 3, ubi sponsa putcha, fortis et perfecta describitur, ac quasi in tricornis acies ordinata. Mox sponsus descendit in horum nucum: sponsa conturbatur proprie quadrigas Aminadab; sed sponsus occurrat, antice: « Quid videbas in Sulamite, nisi choros castrorum? » ac rursus ejusdem femora, umeri, collum, oculos, caput, staturam, guttur, etc., depingit et dilaudat. Denique cap. vii, sponsa opata sponsum deducere in domum matris suae, eique intime semperque conjungi. Cui sponsus: « Pone me, at, ut signaculum super cor tuum, nisignaculum super brachium tuum. » Mox sponsa, sorori sue parvula prospicere satagens, a sodalibus consilium accepit: « Si murus est, inquinat, adifferimus super eum propinquacu argentea: si ostium est, compingamus illud tabutis cedris, » Quibus soror illa respondet: « Ego murus: et ubera mea: sicut turris, ex tua fasta sum coram eo quasi pacem reperiens. » Utriusque deinde sororis vineam, ejusque frumentum et pretium describitur. Tandem sponsus ultimam sponsæ vocem, volumque postulans audi: ab ea, quis et qualis sit sponsus? quibus illa

Hæc omnia representant renovationem Ecclesiæ factam seculo Patrum, quo scilicet florere doctores Grecoi, S. Basilus, Nazianzenus, Chrysostomus, Cyrilus; et Latini, S. Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, corumque successores, qui ita Ecclesiæ ornari et roborant, ut ipsa instar castrorum omnibus hostibus invicta resistat. Quare Christus descendit in horum numerum, id est in Ecclesiæ ex duobus populis, scilicet Gentibus et Iudeis coalitam; hæc turbatur proper quadrigas Aminadab, id est ob conversionem gentilium, vel ob schismata Saracenorum, antipaparum, ac impiorum imperatorum et principum. Sed Christus occurrit, iisque opponit chorus castrorum, id est pontifices, reges et imperatores orthodoxos et hellicos; item Concilia œcuménica et nationalia; ad haec academias, quas quasi fidei et pietatis nutrices et propugnatriæ singulis provinciis instituit; insuper ordines religiosos S. Benedicti, Romualdi, Bernardi, Dominicæ, Ignatii, quasi casta vere religionis validissima.

Denique sponsa Ecclesia sub finem mundi, completo jam electorum numero, cap. viii, optat cum sposo Christo ire in domum genitricis sue, id est ecclesiæ Jerusalem, ut eo fruarit in aeternum; cui sponsus Christus: « Pone, inquit, mihi signaculum super cor tuum, » id est mei memoria et amore cor tuum obsignes; instat enim tibi ultima et acerrima Antichristi persecutio, quam non nisi per mean gratiarum et charitatem superare poteris, quia aque multe tribulationum non extinguit charitatem, nec fluma persecutionum obruent illam. Mox Ecclesia gentium sorori sua parvula, id est Synagoga Iudeorum in fine mundi per Eliam et Christum convertente, metuens ab Antichristo et antichristianis, ne Christo in die judicij dispiceat, consilium petit a sodalibus sponsi, id est a principiis et asseculis Eliæ qui hoc illi suggerunt: « Si murus est, » q. d. Pars Synagoga, id est plebis Iudeorum, instar muri firmo et constante est animo: quo circu illam instruamus eloquio S. Scripturae, quasi propugnaculus argenteus; pars altera instar ostii est animo exili et versatilis: ergo illam compingamus et roboremus sancti fidelium exemplis, quasi tabulis cedrinis. Occurrit soror ipsa, scilicet Synagoga, aliquid se satis in fide esse validam: ita enim ab Eliæ esse corroboratam, ut Antichristo ejusque assecis fortiter sit restituta. Quocirea utraque haec Christi vinea, scilicet tam Synagoga Iudeorum, quam Ecclesiæ gentium, in fine mundi amplissimum dabit fidelium et virtutum omnium fructum, qui mille argenteis, id est maximo pretio estimetur. Tandem Christus extremam Ecclesiæ in fine mundi vocem postulans, ab ea hanc accipit: « Fuge, dilectemi, » a terra hac festida, « in montes aromatum, » id est in colum, eoque me tecum abripe, ut ibi te per gloriam fruar in aeternum.

Porro Cosmas Hortolanus, ut Vetus Testamen-

tum Novum, hoc Canticum Apocalypst harmonice adaptet, censem Canticum describi septem status Ecclesiæ, quos per septem sigilla S. Joannes in Apocalysi, cap. vi et seq., symbolice representat. Primo ergo Apocalypsis sigillo *equi albi* et equitis coronam, arcumque gestantis, representatur Christi incarnatione, predicatione, gentiumque per apostolos subiectio; idem representat Canticum, dicens, cap. i, 8: « Equitatus meo in horum Pharaonum assimilavi te amico meo. »

Secundo Apocalypsis sigillo, per *equum rufum* representatur status martyrum Ecclesiæ, qui mox post Christum et apostolos copiat a Neroni, ac duravit usque ad Constantinum Magnum; eundem notat Canticum, cap. i, 12, dicens: « Fasculus myrræ dilectus meus mihi; » et magis ordinante cap. ii, 12 et 13 dicens: « Tempus putationis advenit, etc., vineæ florentes dederunt donum suum. »

Tertio Apocalypsis sigillo, per *equum nigrum* representatur secunda Ecclesiæ persecutio per Arium et hereticos. Eadem in Canticum representatur per vulpes, cap. ii, 15: « Capite, inquit, nobis vulpes parvulas, que demoluntur vineas; » et magis ordinante cap. iv, 4: « Sicut turris David collum tuum, que edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortitudo. »

Quarto sigillo Apocalypsis, per *equum pallidum* representantur hypocrite, vel potius mahometani et Saraceni, qui validissime Ecclesiæ oppugnant et effiamum oppugnant. Unde contra eos dicitur, Cant. vii, 7: « En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi: uniuersusque ensis super femur suum propter timores nocturnos; » et magis ordinante cap. vi, 9: « Que est ista, que progeditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum aries ordinata? » et vers. 11: « Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab, » etc.

Quinto Apocalypsis sigillo aperto prodeunt *animæ interfectorum propter verbum Dei*, patentes vindictam, audiuntque, ut modicum quiescant. Quietum hanc martyrum Ecclesiæ representat Canticum, cap. v, 1, ubi sponsa sponsum in horum invitat ad colligenda lilia. Et magis ordinante cap. viii, 2: « Dabo tibi, inquit, poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. »

Sexto Apocalypsis sigillo representatur Antichristi gravissima persecutio. Eadem representat Canticum, cap. v, 4, dicens: « Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus; » et magis ordinante cap. viii, 6: « Fortis, ait, est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio, etc. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. »

Septimo Apocalypsis sigillo representatur Christi

adventus ad Judicium, post quem sequetur Ecclesiæ felicitas et gloria æterna. Idem hic representat Canticum, cap. vi, 12, dicens: « Revertere, revertere, Sulamitæ: revertere, revertere ut inueniam te; » et quod sequuntur usque ad finem libri, et presentem ultima verba: « Fuge, dilecte mi, et assimilare capaces himnologue corvorum super mones aromatum. »

Analogia
function
rum can.
Ap.
olypt.

Igitur magna est analogia et similitudo cantorum cum Apocalypsi: *primo*, in materia, quia utraque describitur ortus, progressus, perfectio, inclinatio, renovatio et glorificatio Ecclesiæ; *secundo*, in phrasij et stilo, qui utrobique est symbolicus, atque per enigmata et symbola Ecclesiæ

sacramenta obtegit et obvelat; *tertio*, in modo: sicut enim Apocal. cap. vii, a primis quinque sigillis orum et progressum Ecclesiæ strictius significantibus subito, vers. 12, sigillo sexto salit ad tempora novissima, illaque fuisse prosequitur usque ad cap. xv, puta tempora Eliæ et Antichristi: sic prorsus idem facit Salomon in Cantico, nli ostendam cap. vii, 1. *Quarto*, in fine, sicut enim Apocalypsis clauditur descriptione cœlestis Jerusalém, quasi spouse Christi felicissimæ: sic et Cantico. Unde noster Alazar in allusionibus ad Apocalypsim totu lib. III. Cantica explicat, ut ostendat eorum cum Apocalypsi affinitatem et similitudinem.